



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

B. Ivvenis Ægyptivs Anonymvs. 11. Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

**VITÆ SANCTORVM** II. Dec.

Zenoni regni jacturam longè antè vaticinatus est. Contra Basiliscum verò Ecclesiæ hostem ut pugnaret, ē columnā descendit, & impendentes Numinis iras sœuenti objecit non vanus augur. Iam & in dæmonas malos regnum tenuit, eque corporibus humanis, cùm libuit proscriptis, fuitq; cùm mulier, quæ Divi innocentiam infami rume more asperserat, à vindice genio obsessa; non potuit obsidione nisi ab ipso DANIELE liberati. Ceterū cum cælo uti propinquum, ita frequens illi suit commercium, sub ultimis præsertim tres vitæ dies, quibus Cælites plurimi ad ægrum viserunt. Horum nomina prodidit hominis item incola & dæmon, uti & horam, quâ moriturus DANIEL, & ipse fugādus erat. Obiit verò anno CCC. LXXXIX. In corpore, quod diu tergmina crux illustravit, tumulando reges laborarunt. Animus fecit, quod in vitâ iam fecerat; cælum habitavit.

*Ex Metaph.*

*Nemo sibi vinat, sed ei, qui pro se mortuus est. Cui enim justius vivam, quam ei, qui si non moriretur, ego non viverem? cui commodius, quam promitteri vitam eternam? cui magis ex necessitate, quam flamas perpetuas minitanti?* S. Bern. ep. 143.

**B. IVVENIS AEGYPTIVS ANONYMVS.**

II. Decembri.

**V**T exciderit antiquitati nomen adolescens-  
tis hujus, aliud certè sibi & immortale apud posteros peperit. Et videtur etiam hic minus fa-  
cturus fuisse, si minus peccasset. Et enim Amirani Saracenorum regis favorem ut accuparetur,  
Christum cum Mahomete mutavit, & calcatâ  
cruce, more barbaro impioque sacramentum aci-  
naci

naci dixit. Ingenuere ad impium facinus parentes pii, & pœnitiebat hostem Deo & cruci genuisse, nec jam heredem volebant, qui ex aſſe optimam partem avitam pietatem nolle. Quod tamen unū poterant, precibus pro perituro apud Deum agebant, ſcelusque non ſuum ſuis lacrimis plectebant. Et profectò plus lacrimis parentum filius, quām lacti olim debebat. Inſtillarunt enim hæ denuò bonam mentem. Rediit prodigus, & pulchrum parentum confilium ſecutus, ſigna, quæ turpiter abjecerat, crucem inquam, manu venerabundā ſuſtulit, & intrepidus palam iterum ad Amiranum tulit, lacrimis interim & gemiſib⁹ perorantibus, quos ſepiùs intercalaris illa Eccleſiæ vox *Kyrie eleſon* interpellabat. Illum ergo cū neque fames aut verbera, neque carcer aut vincula avellere à cruce poſſent, naviculæ Amiranus imposuit capite minuendum. Ergo animus cæli, caput abſcifsum urbis portum petiit, redemptumque à Christianis centum aureis, & argento inclusum diu oleum ſudare viſum eſt, ut vel ex hoc Christi Athletam agnosceres. *Ex Menais.*

*Crucem domini ſemper in mente, in ore, ut ſigno  
renete, Crux Domini armatura veſtra contra ſara-  
nam, galea cuſtodiens caput, lorica protegens pectus,  
clijpeus tela maligni repellens, gladius iniqutitatē ſibi  
propinquare non ſinens. Martial. epift. ad Burdeg.*

S. SPIRIDION EP. 12. Decembriſ.

**S**PIRIDION ex opilione Cypri Episcopus, non ſvitæ conditionem ſed gregem mutavit, omnes pascere ſolitus, pauperes præfertim. Itaque ſerpentem mutasse in aurum fertur, quō egenti eſſet, unde frumentū coēmeret. Alio item tempore cū

C e 5

avai